13 qui duxit in ma.Iordanę.& 32.diſtinctio.ſolet.& § pręd.¶†Cau
ſa uero impulſiua eſt, cum in odium alicuius aliquid ſtatuitur:ut
propter garrulitatem Calphurniæ ſtatutum eſt, ne mulieres po-
ſtulent, ff.de poſtul.l.j.§.ſexum Item propter fugitiuos & crimi-
noſos ſtatutum fuit, ne clerici ſine literis commendatitiis recipiā
tur, ut 93 diſt.n.§.1.& cap. Afros.& tamen extenditur ad nō cri-
minoſos:quia licet cauſa impulſiua ceſſet, non ideo conſtitutio
ceſſat, ut 19.quæſt 2 duæ.¶Vel illud ſecundum leges, hoc ſecun
dum canones.x.diſt cap.j.extr.de offic.deleg.ſuper queſtionum.
§.intentionis.extra, de teſta filius. 33.quæſtio.2.inter hęc uera
¶Vel, illud ſtatutum fuit propter magnam importunitatem pe-
tentium & inconſulte hoc proprio motu & cum deliberatione,
extr.de pur.can.c.cum in iuuentute prope fin.de reſcrip. ſi quan-
k do.C.libro x.de petit.bo.ſublat.l.1.de pœ.diſtin. 1.importuna.[k]
14 ¶† Vel, non obſtat ſenſus inde à contrario ſenſu ſumptus, cum
in hoc caſu ius expreſſè contradicat:& argumentum à contrario
non ualet, ubi ius expreſſè contradicit, uel eſt contra bonos mo-
res, ut C. de condi.inſertis, l. 2. C de iuriſd. om.iud nemo. C.de
epiſcop. & cleric. conuenticula licet alias ſit ualidiſſimum, ff.de
off.eius, cui man. eſt iuriſ.l 1. extr. de reg. & tranſ.ad rel. cum vi-
rum.extr.de his, quę ſi à pręl.ſin. con.ca. cum apoſtolica. in fin.
8.queſtio.1.ſciendum.23.queſtio. 2.ſane.quod facit ad hoc 37.di
l ſtinct.relatum.[l] ¶Et breuiter dic, [m] quod quando Si uel quia po
m nitur in modum cauſę, tunc ualet, & fortiſſimum eſt argumen-
tum à contrario ſenſu ſumptum, ut in prę.l.1.de off.eius, cui mā.
eſt iuriſd ff.de iure pat.adigere, ſi uero ſupponitur pro Quando,
id eſt, in uim modi, tunc non ſemper ualet: & ad hoc facit extra,
n de uer.ſign.abbate. [n] ¶†Vel In, ponitur pro Valde, ut extr.de fi-
15 deiuſſ.c.j.& ff.de lib.& poſthu.Gallus §.ille caſus.in auth.quom.
opor.epiſ §.quanta.ibi, irreprehenſibilem, id eſt ualde reprehēſi-
bilē Quandoque uero ponitur In, pro ſine, vel Non, ut in authē.
Colla.2 de inceſt. nupt. § & hoc quidē.ibi, innoxium.& de fide
inſtr.reſpon 2 ibi, innumeras.& ff.de cōd.indeb.frater à fratre.i-
bi, indem-

## ADDITIONES.

a Inſtrumen. ¶ §.nunc autem videndum.ver.item excipe.& vide quod infra dixi.

b Item clauſula. ¶ Hucuſque ad uer.vel talis. principaliter ponit de uerbor.ſignifi.de quo ſatis Azo in brocar.ſub rubrica, de verborum effectu & ſignificatione: ſed hodie habentur de hoc uolumina per alphabetum ordinata.

c C.j. ¶ Et ibi plene de hoc ſcripſi ſuper 1.gl.

d Dicitur ¶ De hoc dixi de fide inſtru.c.fin.

e Abolendam. ¶ De hoc dixi ſuper gl.hoc ideo.

f Illas. ¶ Et ibi de hoc.

g Præterea. ¶ Solue, ut ibi no.in gl 2.

h Magiſtraliter.¶ De reſti.ſpo.literas.uerſic.nos autem.& ibi no. in glo.2.

i Cæterum.¶ Vbi de hoc in glo.argum.eſt hoc:uide, quod ibi dixi, & ibi plena remisſio, & in regula, decet conceſſum.de reg.iur.libro 6.

k Importuna. ¶ Vel ibi gratia petita, hic proprio motu data: de præbend.ſi motu proprio.& cap.ſi pluribus.libro 6.

l Relatum. ¶ Multos canones, in quibus procedit, & in quibus non procedit arg. à contrario ſenſu, collegit Ioan. de Deo in diſtinctionibus char. 3. ¶ ADDE glo.& Doc.in c.ſignificaſti.extra de fo.comp.ubi habes, quando argum. à contrario procedit.

m Dic.¶ ſecundum Iacob.de quo dixi in remiſ.quam infra dabo.

n Abbate.¶ De hoc ſcripſi de elect.publicato ſuper ultim.gloſſ.circa fi. 2.col. ibi, ſecundam opinionem coadiuuat, &c. habetur per Vber.ſuper præd.l.1. talis doctrina, quod hoc argu. ceſſat, quoties eadem ratio eſt in contrario, quæ in prohibito: exemplum in legibus 1.& 3.ſuperius alleg.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ibi, indemnis. & extra de reſcrip. præſenti. in fi. ibi, impune,[a] quan
doque pro Male, in auth. de iud. §. quia vero ibi, incautum, id eſt
male cautum. quandoque ponitur pro Vt, ff. de cond. fur. l. j. quã
doque pro Propter, vel pro Circa, ff. de triti. in hac. ſecundum
vnam literam, id eſt, propter, vel circa hanc. quandoque pro Cõ
tra, ut C lib. 10. de fi. ſe inſtr. & iure haſtæ fiſc. l. duplex. & 2. q. 1. ſi
peccauerit in te, id eſt, contra te. quandoque pro Non, ut 40. di-
ſtinctione, ſi Papa innumerabiles. & extra de ſen. excom. Roma
na. §. fin. ibi, innoxios libro 6. & 25. diſtinctione. § nũc autem. ibi,
irreprehenſibilem. 43. diſtin. ſit rector. in principio. ¶ Vel, licet
contradicant ſibi, quo ad ſuperficiem, ſeu corticem literæ, non
tamen quo ad medullam, ſeu radicem mentis, j. q. j. Marcion. de
conſec. diſtinctio. 4. nullus autem. ibi, hæretici ſcripturas habent
ad ſpeciem, id eſt ſuperficiem, non ad ſalutem, id eſt medullam.
ideoque diſtinguendum eſt, ut concordet ſcriptura, 2. q. 1. ſi pec-
cauerit. 29. diſtin. capitu. 1. & 2. ¶ Vel, illud eſt comminatio, quæ
non habet vim ſententiæ, hoc uerum ius eſt, C. commina. uel epi
ſtolas. l. 1. & per tot. ¶ Vel, illud eſt canon latæ ſententiæ, 17. quæ
ſtione 4. ſi quis ſuadente. hoc dandæ, 30. diſtinctione, per totum:
quod exemplifica, ut no. in Repertorio ſub tit. de ſenten. excom
municat. in rubrica, caſus, in quibus quis eſt ipſo iure excommu-
b nicatus, & in titulo ſequen.[b] ¶ Vel, ibi ſupplendum eſt Maximè
c vel Tantum: & ſic non contradicunt,[c] ut extra de exceptio. ad-
uerſario. ibi, tempore motæ litis. & de conuer. cõiugatorum. cha
riſſimus. ¶ Vel, ibi exponitur Præſertim, ſcilicet Tãtum, vt extrà
d de dolo & contuma. cap. finem. ſecundum quoſdam.[d] ¶ Vel, ibi
non reſpondetur ad quæſtionem propoſitam, hic ſic, prima quæ
ſtione quarta, quia præſulatus. & extra de officio delegati, prudẽ
tiam. in principio. ¶ Vel unum ius tantum dicit illud, hoc plura
aſſerit, ut uigeſima diſtinctione, capit. de quibus. in fi. extra de of
ficio delega. prudentiam. prope principium. 81. diſtinctione. in
omnibus. & in concordan. quæ ſunt ſupra §. proximo, verſic ſtu
deat autem. ¶ Vel, hoc ius efficacioribus rationibus fulcitur, quã
illud, ut in eiſdem concor. & extra de re iudica. ſuborta. ¶ Vel, il
lud obſcure dicit, hoc clare: quarta diſtinctione, erit. ¶ Vel, illud
loquitur indiſtinctè, hoc vero cum diſtinctione, ext. de fer. capel
lanus. ¶ Vel, illud ius vagatur, tanquam incertum, extra corpus
iuris, hoc in eo clauſum eſt, extra de fide inſtrumentorum, capit.
paſtoralis, & in procœm, Decretal. §. ſane. ¶ Vel, illud loquitur in
tali caſu, hoc in tali, de pœn. diſtinctione prima, §. quod autem.
verſiculo, ſed huius. & §. poteſt etiam. & infra verſiculo, uel tale.
extra de his, quæ fiunt à prelatis ſine conſen. ca. c. cum apoſtolica.
extra de translatio. epiſcop. inter corporalia, ſecunda quæſtione
prima, ſi peccauerit. ¶ Vel, illud ſecundum cõſuetudinem vnius
eccleſiæ, hoc ſecundum conſuetudinem alterius, extr. de decim.
cum ſint homines, 76. diſtinctione, capit. utinam. extra, de ſepul.
certificari. de conſuetudine, cap. cum olim. vndecima diſtinctio-
e ne, ca. in his. argum. contra 12. diſtinctione, illud[e] ¶ Vel, illud ge
nerale, hoc ſpeciale, extr. de reſcri. ca. 1. & ca. paſtoralis. ff. de reg.
iur. in toto. ¶ Vel, illud ſpeciale eſt in fiſco ff. ad muni. ſimile. ar-
gumen. tamen contra ff. de pe. hæred. l. 1. prope princip. C. de iur.
f fiſci, iuſtas. & ff. e.[f] item ueniunt. ſuper quo dic, quod ſi lex, quæ
in filio loquitur, ponit ius commune, tunc trahenda eſt etiam
ad priuatos, ut in præ. conc. & ff. quod cuiuſ. vniuer. no. l. 1. & in
ſimilibus: ſi uero ponit ius ſingulare, tunc non, ut in præ. l. ſimile.
& ſimilibus & 26. quæſtione 2. non exemplo eod. s. ver. vel illud
eſt priuilegium. ¶ Vel, tale verbum ibi poſitum, ſic intelligitur,
ut extr. de transla. inter corporalia §. ſed neque. ext. de verb. ſign.
abbate. Vel, non refertur ad proxime dicta, ſcilicet ad præceden-
tia: ſic intelligo, & lego extr. de teſtamen. officij. in fin. verſ. ſaluis.
extr. de coniug. lepro. c. 1. in fin. ver. quos ti. & probatur extra, de
do. cũ dilecti. & de reſc. cauſam, quæ. de hoc s. de inſt. edi §. nunc
autem. ver. item excipe. ¶ Vel illud de exceptione dilatoria, hoc
de peremptoria, ext. de excep. paſtoralis ¶ Vel, illud in cã crimi-
nali, hoc in ciuili, vel criminali, & ciuiliter mota. extra, de proc.
tuæ. de accuſ. ſuper his. in fi. 5 quęſt. 3. in criminali extr. de reg. iur.
libro 6. ¶ Vel, illud ius non excludit hoc. ext. de teſtibus, cum tu.
de pœ. diſtinctione prima, periculoſe. ¶ Vel, illud de diſputatio-
ne, hoc de rigore, ut extra, de cõſanguinitate & affinitate, qđ di
16 lecto. 13. diſtinctione, nerui. † ¶ Vel, ibi debet exponi Vel ꝑ Vt,
g C. de nox. ac. l. 1. in prin.[g] ¶ Vel dictio illa proprie & improprie
ponitur, ut extra, de poſtulan. bonæ. 1. C. de Iuſtin. Cod. ꝯfirman.
§. ſi quæ vero pragmaticę. C. de ſer. fug. quicunque. ff. de officio
17 proc. l. 2. ¶ † Vel, ibi maſculinum genus comprehendit fœmini-
num, ut ff. de iure ſiſ. ait diuus, ita. C. de fideicom. l. penul. C. vnde
h vi, ſi quis in tãtam.[h] Super quo dic, quod maſculinum genus aut
profertur à lege, aut ab homine: ſi à lege, tunc fictione iuris com-
prehenditur fœmininum ſub eo, ut quod traditur in maſculo,
intelligatur traditum & in fęmina: & hoc ſiue tractetur de odio,
ſiue de fauore, ff. de verborum ſignificatione, l. 1.[i] & l. teſtamen
to. & ff. de conſtit. pecun. l. 1. §. 1. ff. de negotiis geſtis, l. 3. §. 1. & hoc
niſi id, quod conſtituitur in maſculino, tale ſit, quod non con-
k gruat mulieri nam tunc non comprehenditur.[k] Vnde procura-
tor eſt, qui negotia domini mandato adminiſtrat, ut ff. de procu
rat. l. j. Sed non eſt procuratrix, quæ mandato dñi negotia admini
l ſtrat. ff. de procur. l. j.[l] quia hoc virile officium eſt, C. eo. alienam.
ff. eo l. neque. Licet ſit arg. contra extra, de confir. uti. uel inutil.
m cum dilecta. § quia uero.[m] Idem eſt in multis caſibus, quos no. ſu
pra de procur. §. j. verſi regulariter. Si uero profertur ab homine,
puta à teſtatore, aut tractatur de odio, aut de fauore: ſi de fauore,
puta de legatis, de tutoribus dandis, & huiuſmodi, tũc iuris inter
pretatione ſub maſculino comprehenditur fœmininum. ff. de le
ga. 3. qui duos mulos. & l. ſeruis legatis. ſi de odio, puta de exhære
datione, tunc non, ff. de uent. in poſ. mit. l. j. § j. & eſt ratio, quia fa
uores ampliandi ſunt, & odia reſtringenda, ff. de liberis & poſth.
18 cum quidam. ¶ † Verum licet ſub maſculino comprehendatur
fœmininum, non tamen hoc contingit econtra. hoc enim perni
cioſum eſſet exemplo, ff. de legat. 2. ſi ita ſcriptum ſit. Maſculus
enim dignior femina eſt, ff. de ſtatu. homin. in multis. extr. de pœ.
& remiſ. noua. Vnde honeſtius eſt, minus dignũ ſub digniori cõ-
prehendi, quam econtra ff. de acqui. rer. do. l. 1. C. de tranſact. l. ſi.
de conſec. eccl. uel altar. quod in dubijs. extra, de reſcrip. ſedes. In
caſu tamen ſpeciale eſt fauore matrimonij, ut ſub fęmina maſcu
lus comprehendatur. Nam lex Aelia Sentia, quæ prohibet patro
nũ cogere libertam iurare, ne nubat, locum habet etiam in liber-
to, ff. de iure pat. adigere. in principio, & l. qui contra legem. Poſi
ta quoque vna ſolutione, ſeu reſponſione, poteſt poni, & alia, ut
extra, de reſti. ſpo. literas. & poterit tũc uti uerbis Hieronymi ſu-
n per Euangelium, quod legitur in feſto Innocentium:[n] poſito
enim

## ADDITIONES.

a Impune. ¶ Hanc hodie non habemus: ſed habetur idem ver. de conſti. c. 2.
lib. 6. in fin.
b In tit. ſeq. ¶ Vide in cle. de ſen. excom. ca. 1. in glo. eſt ſciendum.
c Contradicunt. ¶ Iura, quibus fit altera illarum ſuppletionum. hoc dico,
quia Maxime, comparatiue ſumptum: & tamen bene ſunt contraria: facit
s. verſic. item maxime. Circa quod ſciendum eſt, ultra id, quod ſcripſi poſt
Goffr. de cauſa poſſ. eccleſia, ſuper ver. tantum, ſ. ꝙ hæc dictio implicat ne-
gatiuam: nunc dico, ꝙ quandoque deſignat quantitatem in numero, vel re-
portat vtrunque, extra de conſti. cum M. primum ibi, 14. præbendas tan-
tum, ſecundum Vber. niſi in tantum, &c. patet hoc, cum mandatur mihi tã-
tum dari, vt alius, vel ut illi, ut ibi ad fin. eo. titu. cum omnes. de verbo. ſigni.
olim. & tunc etiam ponitur relatiue: dixit Accurſ. C. de cuſt. reo. l. fin. quod
quandoque ponitur in ui nominis: ad hoc in authen. de reſt. & ea, quæ pa §.
vnum ſi quidem. ibi, tantum tempus. ad idem in auth. de defen. ciui. ad fin.
Coll. 3. ibi, quanto quis melioribus præeſt, tãto maior, &c. & hoc adapta-
tur etiam in corporalibus, quæ non conſiſtunt in numero, pondere, vel mẽ
ſura, extra de iudi. nouit. ad fin. ver. ne igi. ur. de ſimo. tanta. & c. in tantum.
de exceſſib. prælat. tanta. Quando vero aduerbialiter ponitur, regulariter
habet ſeparare, uel excludere omnes alios caſus, uel perſonas: patet C de
patri. qui fil. diſtrax. l. 2. circa quod vidè, quod ſcripſi de reg. iur. in arg. lib.
6. ſup. 1 glo. & facit ff. de pac. l. ſed ſi tantum. Quandoque tamen non exclu-
dit omnes, ſed certos tantum. C. de præd. mi. l. ob æs alienum. cum ſua gl de
iur. om. iud. l. 2. etiam cum glo. ad idem ff. de acqui. poſ. l. j. §. per ſeruum. 2.
Quandoque nec certos, ff. de uerb. ſign. cum in teſtamento. ubi dictio Dun
taxat, extenditur, ubi teſtator dixit, expendat in monumento centum au-
reos duntaxat. Quandoque etiam deſignat tempus incertum. ff. de ſtip. ſer.
ſi ſeruus communis Mæuii. §. ſi. quantam pecuniam tibi in calendis mutua
uero, tantam dare ſpondes?
d Secundum quoſdam. ¶ Hoſtien. & Ab. contra, ut ibi ſcripſi: cõcor. vide 12.
diſt. illud.
e Illud. ¶ Verum eſt, quod aliquorum conſuetudines non ſubuertuntur per
conſuetudines aliorum, ut ibi: ſed per hoc non negatur, quin arctentur per
proprias.
f ff. eo. ¶ ſ. de peti. hære. item ueniunt. §. cum autem. & §. aptanda.
g In princ. ¶ Decr. hoc verum, ut dicitur j. ante fi. tit.
h In tantam. ¶ ff. de adop. l. hoc autem. cum l. ſeq. ff. de iuriſ. om. iud. ſi quis id
§. 1. & ibi materiam habes per Guid. de Suz.
i L. 1. ¶ Ibi de hoc per Acc. & per Dy. de hoc etiam de ele. generali. lib. 6. in
gl. 2. per Cyn. de ſer. fug. l. quicunque. vbi prius Albericus antiquus doctor
materiam diſtinxerat: & uide per Archid. ad ſaturitatem 17. quæſtio. 4. ſi
quis ſuadente. ſuper 1. gl. & quia quod notauerat de hoc Hoſtien. in decre.
Raynaldus. de teſta. in prin. ipſe ſatis ibi collegerat, & propter materiã de-
cre. prolixam ibi non poſuit: remiſſionem dedi: non tamen omittam, ꝙ in
l. quicunque. & c. ſi quis ſuadente. propter famoſitatem legis & canonis, po
ſita eſt per prædictos hæc famoſa materia: non, quia materiam textuum il-
lorum directe reſpiceret. & in hoc Gui. de Suz. commendo, qui pertinen-
ter poſuit, ubi s. licet ẽt per eũ aliquid de hoc habeatur ſuper l. quicunque.
ADDITIO. Adde tu omnino uidendum Bart. Soc. in ſuo tract. fallen.
in regula 255. ubi ponit regulã affirmatiuam, q̃ limittat pluribus modis: &
uide per Hippo. de Marſ. ſing. 20. incip. maſculinum genus. & ſingul. 39. in-
cip. capias unum. & ſing. 191. incip. ſæpius iam dixi. Henric. Ferrand.
k Comprehenditur. ¶ Benefacit de ſtatu regul. ea quæ. in fin.
l L. i. ¶ Communiter non approbatur hoc exemplum: quia lex iſta nõ dicit,
quis poſſit eſſe procurator, ſed diffinit: quæ diffinitio caderet in fœminam,
caſibus, quibus dari poteſt procuratrix, ut ſequitur.
m Quia uero. ¶ Illud ſpeciale in Papa, ut ibi no. in glo. ſic ergo.
n Innocentium. ¶ Matthæi 2. ca. & loquitur de uerbo, ex Aegypto uocaui fi-
lium meum. quod habetur Oſeæ 11. c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim ibi uno intellectu, ſubijcit ſic:Poſſumus locum iſtum & ali
19 ter conſolari,† propter contentioſos,quorum conſuetudinem
Apoſtolus denegat ſe habere Sunt enim quidam curioſi,qui de
illis,quæ nō expediunt,facile diſceptant,ut extra,de ſen. & re iu.
20 abbate ſane.prope fi.lib.6.† Et generaliter omne contrarium fa
cile ſolues,ſi attendas.quæ his uerſibus continentur:

*Cauſa locus,tempus,perſona,rigor,nouitasque.*
*Antiquum,bonitas,ueto,conſulo,præcipioque:*
*His ſi iungatur permisſio,ius uariatur:*

quaſi omnia, quæ in primo uerſu continentur, probantur xxix.
a diſt.c.1.2.& 3.[a] & 13.diſtin.ſicut.Cauſa,vt in neophyto,43.diſtin.
c.1.& 2.& in promotione monachorum ad ſacerdotium, & ad
curas animarum:quod ex cauſa,ſcilicet propter penuriam cleri-
corum,obtinuit tempore Gregorij,55.diſtinc.priſcis.Locus,ut
in orientalibus,vt 31.diſt.aliter.& c.quoniā.& c. Nicæna. extra
de cle.coniug.cum olim.Tempus,vt in uxoribus Abrahæ, 32.q
4.obiiciuntur. & in matrimonio in tertio & quarto gradu con-
trahendo:quod ex cauſa ad tempus cōceſſum fuit Anglicis, 35
quæ.3.quod ſcripſi. Perſona, ut in Ambroſio neophyto electo,
vt 63.diſt Valentinianus.62.diſt § his omnib.vt 7.q.1.petiſti.Ri-
gor,ut presbyter poſt lapſum deponatur,vt 82.diſtinct.presby-
ter.3.q.7.ſi quis.50.diſt.c.1.& 2.j.verſ.prox.Nouitasque,vt 35.
q.3.quædam.extra.de diuor.cap.fin.Antiquum,vt 35.q.8 de gra
dibus.ff.de ritu nup diuus.alias incipit,qui in prouincia.argumē
tum contra,extra,de eo,qui dux.in ma.quam pol.per adult.cum
b haberet.extra,de conſue.c.fi.[b] Bonitas,ut in hæreticis,i.quæſtio.
7.conuenientibus.Veto,vt 14.quæſt.i. quiſquis. ut de uxore nō
dimittenda excepta cauſa fornicationis, 32.quæſtio. 1.dixit.&
quæſtione 5.præcepit.& de non accedendo ad aliam. ut ea. cau-
ſa,quæſt.6 non mœchaberis Conſulo,ut 23.quæſtione 1.§.1.in
prin.ibi,ſed ſi qs te percuſſit in una maxilla, &c. & de vxore poſt
fornicationem reconcilianda,32.quæſt.1.quod autem.& de con
tinentia capienda, vt ca.q.integritas & 33.quæſtio. 5.qui ſitit.
& de non dimittenda coniuge infideli cohabitare uolente,28.q.
1.iam tunc & c.ſic enim.Præcipioque,vt Diliges dominum Deū
tuum,vt 3.diſtinctione,omnis.in fin.& 26.quæſt. 5.nec mirum.
in fin.& redde debitum vxori petenti,30.queſtio.5 c.1.& 2.Per-
miſſio,ut in his,qui continere nequeunt,28.diſtinctio.de his.&
concubitu coniugali, qui fit cauſa incontinentię, qui permitti-
21 tur,ut grauiora uitentur,13.diſt.nerui.¶†Item nota,quōd quæ
dam iura loquuntur ſecundum iuſtitię rigorem, ut de peccante
poſt baptiſmum acta pœnitentia non promouendo, 25.diſtin-
ctione,primum.48.diſtin.quoniam.de criminoſis poſt pœniten
tiam tolerandis,i.q.5.ca.1.& fin.50.diſt.ponderet.34.diſt,frater-
nitatis.Item quędam ſunt datę ſententię, quędam dandę, ut ſ.
Hęc igitur illa canonū varietas,de qua dicit Iſidorus,ꝙ ea igno-
rata & medullitus nō perſcrutata, multi in erroris labyrinthum
intrando impingunt,vt 29.diſtin capitu. 1. His igitur modis pōt
aduocatus rei,& quilibet peritus facile ſoluere iura contra ſe in-
22 ducta. ¶†In ſumma nota, ꝙ fere omnia cōtraria in iure per tres
fallacias ſoluuntur:ſcilicet per fallaciam ęquiuocationis,accidē
tis,& ſecundum quid,& ſimpliciter,ſiue per aliter,& per ſimpli
c citer aliud, & per ſecundum aliud. [c] De fallacia equiuocationis
tale eſt exemplum. Dicit lex,quod mancipium,quod eſt in cau-
ſa redhibitionis,debet emptor exhibere,ut C.de ędil.ac.l.ſi Sed
contra:quia ſi mancipium emptum, quod erat in cauſa redhibi-
tionis,mortuum ſit,non debet exhiberi,ut ff.de ędil.edic.ꝙ ſi no
lit.§.ſi mancipium. & l.redhibere.§ fin.imo poſſibile eſt hoc,qa
Exhibere eſt copiam uidendi & palpandi facere, ut ff ad exhib.l.
2.& de lib hom.exhib.l.3 §.ait pтor.Sol.in pręd.l.de ędi.act. po-
nitur Exhibere,pro Probare,ut ibi no.ſed in illa Ad exhibendū,
ponitur,vt faciat copiam apprehendendi, ut ſupra dic ergo, ali-
ter hic,& aliter ibi.Item aliud exemplum:dicitur extra,de elect.
quod ſicut.in princip. quod per nominationem non acquiritur
innominato:contra eod titu.cum in iure.& capitu.publicato.&
16.q 7 contra ſanctorum ſed dic,ꝙ in c.quod ſicut. nominatio
ſumitur pro tractatu,qui electionem pręcedit,in quo per uerba
de futuro nominantur diuerſi: in contrarijs vero ponitur pro ex
preſſione conſenſus per uerba de pręſenti de hoc not.63 diſtin-
ctio quanto.In fallacia uero accidētis ſic exemplifica:De iure na
turali debet nemo cum alterius iactura locupletari,ff.de condic.
indeb.nam hoc natura. extra de pœnis, ſuam. ſed contra ff. de
vſucap.l.3.S O L. Inſpecto hoc accidenti,iure naturali nemo cū
aliena iactura locupletatur:ſed tamen inſpecto hoc accidenti iu
re ciuili ſic:& ita aliud ibi,& aliud hic.Item contrarietas illorum
exemplorum,16.quęſtione 1.quoniam.& 12 quęſtio 2.cum de
notiſſimam.ſoluitur extr.de his,quę fiu.à pręl.ſine conſen.capi.
apoſtolica.Per ſimpliciter aliud in fallacia, ſecundum quid ſim-
pliciter,exemplifica ſic:dicit lex,quod ſi patronus arrogat liber-
tum ſuum,conſequitur libertus iura ingenuitatis,ff.de ritu nupt.
ſciendum.2 ſed contra ff.de ſta.hom.l fi. vbi adoptatus libertus
à patrono,non cōſequitur iura ingenuitatis. SOL. Conſequitur
ea,quo ad quædā,videlicet vt nec patronus, nec filius habeat ius
patronatus in eum,quo ad ſucceſſionem:& ſic eſt ingenuus,quo
ad quid,vt in d.l.ſciendum.ſed quo ad alia, remanet libertinæ cō
ditionis,vt in l.contraria:& ſic aliud hic,& aliud ibi.Sic ergo cō-
traria ſoluuntur per aliter, & per aliud, & per ſecundum aliud.
Item aliud exemplum de ſecundo:aliud dicitur extra de elec.Cu
mana.quod perſona electa non facit numerum: contrarium dici
tur eod.titu.cum in iure.Sed primum obtinet de iure communi,
ſecundum verò ex virtute compromiſſi:& ita ibi ſecūdum aliud,
& hic ſecundum aliud:vel,alio modo loquitur hic, & alio modo
23 ibi. ¶† Studeat quoque aduocatus factum ſuum aliter, quam
actor propoſuerit, aſſeuerare, quibuſcunque modis poterit: &
tamen ipſe licet nihil probet, abſoluetur actore non probante,
d ext.de iureiu c.ſi.ext.de cauſ.pol.& prop.cum eccleſia.prope.fi.[d]
Sic igitur deſtructis, vel impugnatis quæ per aduocatum actoris
conſtructa fuerant,dicat ex pręmiſſis:Domine iudex,luce clarius
liquet, quod iniuſtam litem contra me pars altera mouit: quare
Deo committo meam iuſtitiam, & vobis, & memores ſitis eius,
e quod ſcriptum eſt: [e] Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad
preces eorum:vultus autem Domini ſuper facientes mala,vt per-
dat de terra memoriam eorum.Omnis enim qui recte iudicat,ſta
teram in manibus geſtat,45.diſtinctione, omnis, qui. extra de re
iudic.cum æterni.libro 6.Et qua menſura menſi fueritis,&c.extr.
accu.qualiter.1.& de pœ.& rem.cum ex eo. Vnde cum ſim eui-
denter in cauſa abſolutionis, peto me ſententialiter abſolui, &
actori ſilentium perpetuum imponi: quia ſemper innocens pe-
tit abſolui, 11.quæſtione prima,c.Chriſtianus.extra de præſump.
nullus. Peto etiam aduerſarium mihi in expenſis legitimis condē
nari,extra, de pœnis,calumniam & de dol. & cont.c finem litib.
24 in gl.mag ¶†Cæterum ſi reus aliquam propoſuit exceptionem
cum in ea ſit actor, ut ſupra §. nūc breuiter ipſam exceptionem
confeſſionibus,teſtibus,inſtrumentis ac præſumptionibus proba
re laboret,ſicut ſupra diximus de actore: & ei ab aduocato acto-
ris reſpondeatur,ſicut iam in reo prædiximus.Eodem quoq; mo
do in replicatione procedatur,vt in præ.§.nunc breuiter. Et con
ſulo tibi,quod ſi potes,ſis vltimus in loquēdo: quia quæ ultimo
audiuntur,melius memoriæ mandantur,de conſec. diſtinctio.2.
liquido. & verba vltimo prolata,quæ nullo gladio percuſſa, nul-
loque telo vulnerata ſunt, præſtantiora ſunt. nam per contradi-
ctionem res dubia efficitur,C.quibus ad liber.proclam. nō licet,
l.3.Qui enim vltimo proponit, non ſolum poteſt, quod aſſerit,
rationibus & iuribus fulcire,ac colorare,ſed etiam poteſt, quod
ex aduerſo propoſitum eſt,decolorare & annullare.

## ADDITIONES.

a Et 3. ¶ Ideo ſuper illa diſtinctione Richardus in diſtinctionibus ſuis po-
ſuerat hos caſus ad modum antiquum per tractus calami vniēdo: vbi etiā
ad literam poſuit hos verſus,ſaluo quod poſuerat Pietas, vbi hic eſt Boni-
tas:& neſcio quare mutatum:poſtea Ioā.de Deo in prin. ſuarum diſtinctio
num poſuit hos caſus ſolum pro proſa.
b C.fi. ¶ Illud in his,quorum transgreſſio inducit mortale.
c Aliud. ¶ Subſcripſi in procemio decre.ſuper gloſ.quia nulla.Fran.Vercel.
has fallacias ibi poſuerat.qui licet alia exempla poneret, huic remittendo
decidi:poſtea ibi proſequebatur decem prædicamenta, quæ etiam non po
ſui:quia videri poſſunt per Azon.in princip.ſuæ Summæ. illa etiā Lau.bre
uiter poſuit,& Archid.poſt eum,50.diſtinctione, ferrum.Breuiter autem,
exempla ipſius ad fallacias erant de decr.veſtra. de cohab.cleric.circa con
trarietatem ibi,in tex.ſolutam.& decre.cum apoſtolica.ad fin. de his, quæ
fiunt à pręl.aliud dabat decret.2.de no.ope.nun. in quantum ſoluit contra
rium de ſcandalo vitando, vel non. Tertium dabat de contrario ſoluto in
decre.ſtatuimus.de ma.& obed.in gl.2.
d Prope finem. ¶ Nec obſtat ei,quod aſſumpſit onus probandi, vt dixi ſu-
pra de probat.§.1.ſupra verſic.ſed vbi uterque.
a Eſt. ¶ Pſalmo 33.

## SVMMARIVM.

1 *Acta inter iudicialia debent diſputationes & allegationes contineri, & inferri.*
2 *Allegationibus aduocatorum finitis, non eſt tutum unum ſine altero à iudice recedere.*
3 *Aduocatus leges allegans an teneatur dicere nomen legis.*
4 *Leges an poſſint in cauſa eccleſiaſtica allegari.*
5 *Papa an poßit leges tollere,declarare,uel modificare.*
6 *Veritas rerum errore geſtorum non uitiatur.*
7 *Imperitus contra ſapientes diſputans riſui patebit.*

5.§. Porro aduocatus actoris, cuius allegationes ſi cōſtra
ctæ fuerint & eliſæ,iterum ſurgat, & lapſa eri
a gat,ac fatigata reparet:ut C.de aduo diuer iudic.aduocati.[a] Sata
gat igitur

## ADDITIO.

a Aduocati. ¶ Bene adaptauit hic auctor, quod poſuerat in princip. tit.Pil.
& Tan.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gat igitur reædificare, & reparare qcquid rei aduocatus viſus eſt
infringere,iuxta poſſe, & incipiat arengare , vt in præ.§. nunc de
exordiis.ver.poſt hęc autem.ibi,vel ita nihil omnino reſpōdere
&c.& per totum:poſtmodum vero ſigillatim reparet, quicquid
rei aduocatus viſus eſt diffinire cōtra eum,dicens:Stupet admo
dum meus animus,quomodo aduocatus ille non erubuit,in tot
& tantorum præſentia ex tam euidēter falſis & friuolis procede
re,& aures veſtras,domine iudex,& audientium,tot inanibus am
bagibus prægrauare. Nec enim eum adeo reſupinū,ſeu iuris igna
rum exiſtimo , vt credam eum latere , quod confeſſio reuocari
non poteſt,niſi demum errore probato:quod dic,vt ſ. de cōfeſ.
§. fi. Item nō erubuit inſtrumentum ex parte noſtra productum
de falſo arguere:cum euidens ſit intra terminum peremptorium
ad hoc datum eū nihil omnino dixiſſe.Sed nec erubuit duobus è
noſtris teſtibus excommunicationem obijcere, cum tamen liqui
dò de ipſorum abſolutione legitime in iudicio facta fuerit fides:
& ſic de alijs ſingulis capitulis proſequatur. In fine igitur ſic con-
cludat:Euidens ergo eſt,domine iudex, nos eſſe in caſu victoriæ:
nam plures rationes pro parte noſtra faciūt,quàm pro illa : unde
adhuc id petimus,quod & primo,vt ſ.§ nunc videndum. verſic.
ſtudeat.ſimpliciter poſtulans,ut ius noſtrum ſeruetur illęſum:cę
1 tera ſuppleat religio iudicantis.¶†Et no.quod inter acta iudicia
lia debent diſputationes & allegationes contineri & inferri , ut
extra,de elect. dudum.1.30.quæſtione 5.iudicantem. in authent.
a de teſtibus,§.ſi vero.& §.nam partes. ſecundum Io de Deo.[a] De
renunciatione autem allegationibus facienda,& de concluſione
dicetur ĩ titulo proximo . Vtrùm autem aduocatus teneatur in
vulgari allegare,vt ab aduerſario intelligatur?Item de eo,qui fal-
ſas leges allegat, vel falſum inſtrumentum,vel teſtem producit,
vt legitur,& not.ſ.de aduo.§ nunc de exordiis.in fin.& §.vtriuſ-
2 que.ver.item caueat.¶†Et nota,quòd finitis allegationibus con
ſulo ne recędas, altero aduocato cum iudice remanente , ne ſibi
ſuggerat,quod cum moueat,te abſente:extra de reſcri.cęterum.
in fin.uel aliquam ſcripturam ei oſtendat, quæ non fuerit in iudi
cio exhibita,ut ſupra de aduo.§.ſequitur.verſi.item ſit cautus. &
ſequen.¶Item nota,quod miles,qui in cauſa omiſit iuris ignorā
tia allegationes competentes,poterit eas proponere,cum ex ſen
tentia cœperit conueniri , ut C. de iur.& facti. ignoran.l. prima.
Quid ſi omiſit allegationem iuris? Videtur,quod poſt ſententiā
poſſit eam ꝓponere ſicut minor , ff. de minorib.l. minor 25. an-
nis omiſſam.Cōtra in eo, qui potuit deliberare cum peritis,ut ſu
pra de aduo.§.nūc tractemus,ver.habito.Vel dic,quod iudex vi-
deat;an ſit talis,per quam poterat obtinere:& tunc audiat eum,
3 alias non.¶†In ſumma not.quod aduocatus non cogitur dicere
nomen legis , uel decre. nec titulum, vbi ſit lex,uel decr. ſufficit
enim dicere mentem,ſcilicet hoc dicit lex,uel decr. vel non: uel
ſic eſt in Codice,uel in Digeſtis,vel in lib.Decretalium,vt 2.quæ-
ſtione 5.omnibus.in fin.& argumen.extra de ſpon.continebatur
b & extra de cohab.cleri.& mul.veſtra.in principio,[b] 1.queſtione
c j.ut euidenter.& extra de præben cap.nullus.[c] 2 & de proba.cau
d ſam.45.diſtinctione,neminem in ſupra ſcriptis,& pen.[d] 27.q uæ-
ſtione i.ſi quis deſponſauit.24.queſtione 1 pudenda in fi.11.quę
ſtione 3.qui conſentit.2 quæſtione j.§ hoc idem poſtea iudex.
C.de indi.uidui.l.ambigua.ibi,ſecundum ea,quę de,&c. C.de iu-
di.apertiſſimi.ubi dicit,ſtatuimus.nec dicit ubi,& C.ad l.Falc.au-
then.ſed cum teſtator.ibi,ſecundum modum,&c.& extra de re-
ſti.ſpol.literas.ver.ſecunda.& ff.de rei ven.ſi nauis. ibi nec eſt cō
tra,quod de pecunia,&c.nec dicit,ubi eſt illud.Argu,contra,qđ
agatur,ut in prę.auth.ſed cum teſtator.ibi,diximus in titu.de leg.
&c.& Inſtit.de pœn.te litig.in fi.& ff de açqui.hęre.l.neceſſarijs.
ff.de poſtulan.l.1.in fin.ibi,ſub.tit. de in ius uo.Poteſt dici,ꝙ pri-
ma iura obtinent,cum aliquid iuri conſonum allegatur: contra-
ria verò,vbi à iure communi deuiare videtur.tūc enim non cre-
detur,niſi ius,quod hoc dicat,oſtendatur, extra de fid. inſtrumē.
paſtoralis.ff.de prob.ab ea parte.Non tamen parti,ſed iudici co-
gitur hoc dicere:& iunge,quod not.ſ.de aduo.§ conſequenter.
ver.item caueat.Item ſufficit dicere hoc dicit decima, uel quinta
decima lex.vel dec.talis,tit.vt i.quæſtione i.eos.vel ſic habet in i.
lib Decretalium,vel in ſecundo,ut extra de frig.& malefic.cap.i.
4 in ſuperſcriptione.¶†Sed nunquid in cauſa eccleſiaſtica poſſunt
e leges allegari,& canonibus deficientibus ſecūdum eas iudicari?[e]
Videtur,quod ſic:extra de no.oper.nunc.c.i cum ſuis concord.
& expreſſe extra de cau poſ.& propri.cap.2.Ar.contra 33.quæ-
ſtione ii.inter hæc. Dic , ꝙ legibus vtendum eſt in eccleſiaſticis
f cauſis,niſi canonibus contradicant,vt no.in præ.decre.[f] Tamen
diſtingue ſuper hoc nam aut leges ſunt ꝯriæ canonibus , aut nō.
Si non ſunt contrariæ,tunc ſunt permiſtim allegandæ & ſeruan
dæ leges cum canonibus in foro eccleſiaſtico & ciuili, ut in præ.
decre.& 10.diſt.ſi in adiutorium.& ca.ſeq.& extra,de fid.inſtru.
paſtoralis.9 q.3.ſummopere.2.q.1.in primis.Si autem ſint ꝯtra-
riæ,aut ſibi contradicunt expreſſe,aut nō:ſi non,ſtabitur in vtro
que foro illi , quæ expreſſe caſum, ſeu cauſam determinet , ut in
præd dec de no.ope. nun vbi expreſſis legibus ſtatur ſuper nun-
ciatione noui operis etiam in re eccleſiaſtica demolienda : idem
in foro ciuili , vbi canones expreſſe declarant articulum aliquē,
in quo leges nihil ſtatuunt.exemplum habes in eod.titu. capitu-
lo penultim.& fin.item aliud exemplum de duabus quartis dedu
cendis.extra de teſta.Raynutius.& cap. Raynaldus.ar.ad hoc ex
tra qui filij ſint leg. per uenerabilem. circa mediū §.rationibus.
verſic.ſi difficile.& prope.fin.verſicul.cuius ſententiam. Taceāt
autem quidam Legiſtæ, & eorum gloſſ.volentes contra caſus in
canonibus expreſſos per argumenta legalia & per exquiſitas ra-
tiones diſputare , nam indubitate in expreſſis in eis caſibus ac-
quieſcere debent canonibus , vbi iura ipſa ciuilia caſus ipſos ex-
preſſe, non ponunt. Si vero ſibi non contradicunt expreſſe , aut
lex poteſt ſine peccato ſeruari:& tunc ſtatur ei in foro ſuo,& ca
noni in ſuo,extra de teſtamen.cum eſſes.& capitu. relatum. Aut
non poteſt ſine peccato ſeruari : & tunc ſtatur canoni indiſtin-
cte,quia omni conſuetudini & conſtitutioni tali eſt derogandū,
dum,extra de præſcrip.capitu fin.Porro in defectum canonum
ſunt leges inducendæ & ſeruandæ:vt 11.quæſt.3.ſummopere.&
in præ.capitu.ſi in adiutorium.vt 3 quæſtio.6. iudicet. & ecōtra
10 diſtin.quoniam idem. in ſpiritualib autem leges nullius ſunt
momenti aduerſus canones,vt 10.diſtin.conſtitutiones.& C.de
5 ſacroſan.eccl omni nouatione. ¶†Vtrum autem Papa poſſit le-
ges tollere,declarare,uel modificare,no.in præ.capitu. conſtitu
g tiones.[g] & dicam in conſt.Gre.X de vſuris,quanquam.in fi.libr.
h 6 & de poſtul.properandum.prope princip.[h] Et ſcias, quod ra-
tionis ac iuris penuria ducitur , qui in materiis ſacramentorum
leges mundanas inducit. An rubricæ poſſint allegari,dicam infra
6 §.prox. ad fin. ¶†Sed quid ſi aliquis male intelligens legem , uel
canonem, illam vel illum pro ſe inducit : & tamen inuenitur in
aliquo contra eum facere? Dicunt quidam,non debere ſibi præ-
iudicare:quia veritas rerum errore geſtorum non uitiatur, ff.de
offic.præſi.illicitas exactiones.§. illicitas. & in iure errans poteſt
ſe corrigere,neç ſibi præiudicat, ut ſupra de confeſſ.§.fin. & arg.
extra de poſtul.bonę.1.C.ſi ex falſis allegat.per totum:de hoc,ſe
i cundum Papam.extra de exce.cum venerabilis.[i] ¶† Et nota , ꝙ
7 imperitus matheſeos.i.idiota, [k] aduerſus mathematicos,i.ſapiē
k tes diſputans,riſui patebit:& ignorans documenta philoſopho-
rum , aduerſus philoſophos diſputans, ut 38.diſt. qui de menſa.

## ADDITIONES.

a Ioan.de Deo. ¶ lib.Iud.parte 1.vbi de diſputatione:ſed hoc non ſeruatur apud nos.
b In princ. ¶ Et ibi induco quinque noua iura hic non inducta , quæ hic repetere non expedit:& ibi vide dom.Abb. Sicu.& alios. item vide gloſſ. in cap.ut euidenter.1.queſtione j.
c Nullus. ¶ In ſuperſcriptione.
d §.penulti. ¶ Vbi de hoc.
e Iudicari. ¶ de hoc ſcripſi de no.ope.nun.cap.1.ſuper gl.2.
f In præ.decre. ¶ prius allegata.
g Conſtitutiones. ¶ De hoc de reg.iur.c.2.lib.6.in 1.gloſſ.
h Prope prin. ¶ Quam hodie non habemus.
i Veneralis. ¶ Vbi ſcripſi in glo. magna ante fi. ver.item nota, quod ſi quis
k Idiota. ¶ Hoc expoſui ſ.de arb.§.defert.ſuper ver.inferendo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex debet aduocatos patienter audire , nec ſubito eis ſilentium imponere.*
2 *Officio iudicis incumbit ſupplere,quod à partibus,uel aduocatis eſt omiſſum,uel minus dictum.*
3 *Veritas erroribus non uitiatur.*
4 *In iudicio male probata,uel facta,debent à iudice ſuppleri, & declarari aliter ſe debere fieri.*
5 *Iudex quandoque debet ſupplere de facto,& quandoque non .*
*Iudicis officio congruit excommunicatos,infames,milites, & ſimiles perſonas ab officio procurationis expellere .*
6 *Iudex poteſt ſupplere in ſententia prolatione.*
7 *Iudex non poteſt ſupplere in his,quæ nouit,ut priuatus.*
8 *Quis iudex poſſit ſupplere.*
9 *Arbiter an poſſit in iudicio ſupplere.*
10 *Iudex quando poßit ſupplere.*
11 *Iudex an poſſit in iudicio ſupplere , ubi de fructibus , aut expenſis eſt aliquid omiſſum.*
12 *Iudex an in cauſa criminali poſſit ſupplere in expenſis omiſſis.*
13 *Iudex debet tantummodo ſecundum acta & probata iudicare.*
14 *Iuris neceſſitati non ſubijcitur,quicquid iudici permittitur .*
15 *Rubricæ legum an ſint authenticæ,& an ponant ius,aut poſſint allegari.*

### ¶ Iudices qualiter in audiendo allegationes ſe debeant habere.

6.§.Satis clare aduocatos inſtruximus, qualiter in alle-
gationibus ſe habebunt: ad vberiorem igitur
doctrinā reſtat, vt & iudices, qualiter in audiendo allegationes
ſe hr̄e debeant, inſtruamus. Et quidem ad eorum ſpectat officiū,
tunc ſedere, & non ſtare, vt ĩ. dicam de ſen. §. iuxta. verſi. item eſt
nulla ratione modi. Et diligenter inueſtiget, & intelligat, quæ di-
centur, & quæ ad inſtructionem cauſæ faciunt, interrogandi, re-
ſpondendi, obijciendiq; præbita patientia ab eo, donec actio am
barum partium ſit pleniter luminata. hæc leguntur 30. q. 5. iudi-
cantem. extra, de off. dele. ſuper quæſtionum. §. intentionis. C. de
iudic. iudices. quia veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in
lucem, 35. q. 9. graue. Nec motū animi ſui multum aperiat, ſed diſ
ſimulet, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando & reſpon-
dendo, ut C. ad l. Cor. de fal. vbi, ibi, nec vlla interlocutione diiudi
get, q̄d ſentiat, poſtrema ſententia, quid ſibi liqueat, prodituros
vt ff. de offic. præſ. obſeruandum. ibi, cuius animi motum vultus
detegit. Nec nimium debet dictum vnius aduocati extollere, ne
alteri honorem, detrahat, dum alteri nimium impendit honorē.
vt 89. diſt. nullus. in fi. & c. ecce. nec quicquam vni honorabilius
exhibeat, vñ alter ſcrupuloſo corde moueretur, 16 q. 7. decimas.
cum enim nimium vnum commendat, alium vituperat, arg. extr.
1 de præſump. nonne 25. diſt. qualis. ¶ † Item patiēter audiat aduo
catos, nec etiam ſubito eis ſilētiū imponat: q̄d dic, ut s̃. de aduo.
2 §. nunc de exordiis. verſus prin. ¶ † Item ad eius ſpectat officium,
ſupplere. q̄d à partibus vel aduocatis eſt omiſſum, uel minus di-
ctū, vt C. vt quæ deſunt aduoc par. iudex ſuppleat, l. unica, & ex-
tra de poſtul. bonæ. 1. quod verum eſt in his, quæ ſunt iuris, puta,
ſi aliqua iuris allegatio ſit omiſſa. Poteſt etiam allegatis reſponde
re, & pro vtraque parte plenius allegare. & leges & canones in-
ducere, ut ibidem patet. Poteſt etiam inducere caſum ꝯſimilem,
uel ducendo ad inconueniens, vt ff. de leg. 3. Offidius. & obijcere,
& reſpondere, vt in præ. c. iudicantem & hoc argumentando, ut
ff. de mune. & ho. l. fina §. ante pe. ¶ Item ſi aduocatus malam, vel
falſam legem inducit, uel impertinentem, poterit hoc iudex di-
3 cere, & apertam inducere: † quia veritas erroribus non uitiatur,
ff. de offic. preſi. l. illicitas §. veritas. Et inducens falſam legem vel
abrogatam, & iudex autem præbens, crimē falſi incurrit, ut s̃. de
aduoc. §. utriuſque. verſi. item caueat. De ſententia uero per fal-
ſam allegationem lata, dic, ut extra de proba. licet. Poteſt etiam
actionem ineptam corrigere: quia hoc potius eſt iuris, quam fa-
cti: quod dic, ut s̃. de offic. iud. §. deſeruit. verſiculo, in ſententiæ:
& ĩ. verſicu. item in ſententiæ. & libellum ineptum reiicere, ut in
eo. §. in prin. verſi. item faciet libellum. & ſimilia, quæ ibidem cō-
tinent in facto. Aliter dicit Pla. ꝙ poteſt ſupplere, arg. ff. de pet.
hæ. l. fi. & 28. diſt. priuſquam. ext. de ele. cum nobis olim. extr. de
conſue. cum dilectus. Sed in præ. l. potius conſulitur iudicis offi-
a cio, quam iure ordinario. [a] Vnde dic, ſecundum Azo & Acc. ꝙ
non poteſt de facto ſupplere, niſi ſit tale factū, quod ſibi ſit tanq̃
iudici, notum: tunc enim poteſt. ſic intelligitur. C. de tranſac. age
b cum Geminiano. [b] & C. de edend. is, apud quē. ff. de teſti. l. 3 §. j.
4 ibi, tu magis ſcire, & c. ext. de fideiuſ. cōſtitutus. in fi. ¶ † Quid eñ
ſi ſciat ꝯfeſſiones partium, dicta teſtium, uel aliquam exceptio-
nem propoſitam, vel interlocutoriam fuiſſe latam, uel citationē
per eum fuiſſe factam, uel inſtrumentum coram eo exhibitū vel
aliqua partium illa proferat aliter, quam ſint, uel etiam omittat?
certe tunc iudex, etiam tacente parte altera, ſupplere debet, & al
legare, & oſtendere aliter ſe habere, quam proferantur, & dicere
talem exceptionem fuiſſe propoſitam, uel interlocutoriam latā
& ſic de facto ſibi, ut iudici, noto poteſt ſupplere, ext. de ap. con-
ſtitutus. prope fi. licet ſoli ſibi non credatur in talibus, ut extra de
probat. quoniam contra. Poterit etiam dicere, non contineri in
inſtrumento tantum, quantum, uel ſicut petitur, uel nō eſſe pro
batum, quod dicitur, & ſimilia. ¶ Item ſi dicatur probatum per
P. teſtem poterit dicere, non eſt ita, ſed per H. Item ſi dicat aduo
catus, reum fuiſſe confeſſum ſe debere decem, ipſe poteſt dicere,
non eſt ita: imo aliter in inſtrumento continetur: & ſic de aliis. In
facto autem ſibi noto, tanquam priuatę perſonæ, non poteſt ſup
plere, ut 2. quæſt. j. §. quando autem. & 3. q. 7. iudicet. Argument.
ad præſumiſſam diſtinctionem ff. de ſuſpec. tu. l. 3. §. præterea. niſi
5 prout dicam ĩ. verſ. porro. ¶ † Et breuiter nota, quod iudex po-
teſt quandoque ſupplere de facto, & quandoque non: poteſt au
tem ſupplere in facto ſibi, ut iudici, noto, ut dixi. Item poteſt ſup
plere de facto in lite, abſente parte, quam defendere debet: ſecus
ſi præſens ſit. Poteſt etiam dicere tempora fatalia fore lapſa, ut
C. de app. l. fi. prope prin. & C. de temp. ap. l. 2. § fin. ¶ Item poteſt
contra naturam actionis ferre ſententiam, ut ff. de ædil. edi. l. bo-
uem. §. aliquando. & arg. ext. de conceſ. præben. ex parte: & Inſ.
de actio. §. minus. Sed hoc potius eſt ſupplere de iure, ĩ. ver. item
in ſententiæ. ¶ Item in his, quæ ſunt ad ſubſtātiam electionis, po
teſt ſupplere, & de his proprio motu inquirere. 47. diſtin. de Pe-
tro. & 61. diſtinct. Catinenſ. extra de elect. cum nobis olim. Et eſt
ratio: quia ibi tractatur communis vtilitas, argum. ext. de conſue.
cum dilectus. & de elect. nihil eſt. ¶ Item in his, quæ ſpectant ad
ſubſtantiam iudicij. vnde repellit excommunicatos, & infames,
& militem, & ſimiles, ab officio procurationis, ratione publicæ
vtilitatis: quæ dic, vt s̃. de officio omnium iud. §. impedit. ¶ Item
poteſt actionem, vel libellum facere corrigi, vt prædixi. ¶ Item
ſi creditor ante diem ſolutionis, vel euentum conditionis petit,
poteſt dicere: non recipiam libellum, quia inutiliter petit ante
diem, vel conditionem, ff. de pignor. grege. §. fi. ff. de excuſ. tutor.
cum ex oratione. & l. ſi is qui tres. ff. de ædil. edict. bouem. §. final.
¶ Item ſi aduocatus volens ſe oſtendere conſcium, vel ignoran
tem, forte aliqua dicit, vel facit in præiudicium cliētuli ſui, iudex
illud ſupplebit, licet ſemper ſecūdum veritatem actorum & pro
bationum debeat pronunciare, 3. quæſtion. 7. iudicet. verſiculo,
6 examinet. ¶ † In ſententiæ prolatione poteſt ſupplere, vnde ſi
quis petiit fundum iure dominij, vel quaſi, nullam exprimens in
libello actionem: & ſic totum ius ſuum videtur in iudiciū dedu-
xiſſe, vt extra de re iudic. abbate ſane §. cæterum. lib. 6. & ff. de ex
cep. rei iudica. ſi mater. §. & an eadem. poſtea vero interrogatus,
quam actionem intentabat ad vendicationem fundi: reſpondebit
ꝙ exercitoriam, vel aliam ineptam ad uendicationem: certe iu-
dex nihilominus pronunciabit, ac ſi reſpondiſſet rei vendicatio-
nem: ar. 3. q. 7 iudicet. ibi, ſed ſicut ſe habet natura, decernit, &c.
quia ipſe poteſt emendare in fine. ¶ Item etiam poſt ſententiam
ſupplet, ff. de re iudic. Paulus. ſecundum Iac. But. hæc enim reſpi-
ciunt potius rem, quam factum. ¶ Item ſupplet in cauſa, ubi ver-
teretur periculum animæ, ſi ſententia ferretur: puta, ſi quis con-
traxit cum conſanguinea ſua, ut extra de clan. deſpon. cum inhi-
7 bitio. & ſic de ſimilibus. ¶ † Porro, non poteſt ſupplere in his, quę
nouit, vt priuatus, vt s̃. Item non poteſt ſupplere in cauſa, quæ tā
git priuatam utilitatem: vt ſi quis petit centum, vel fundum ab
alio: tunc non poteſt ſupplere de facto, niſi uideat partem abſen-
tem ius ſuum ꝯ iuſtitiam perdere, arg. C. de app. leg. fi. in princip.
¶ Item in facto ſibi, vt priuato, noto, ſupplere poteſt quærendo
& diſputando, non autem ponendo: argu ff. de quæſtio. l. 1. §. qui
q̄ſtioni ff. de ędi. ædic. ædiles. §. itē ſciendum. niſi in prædictis ca-
ſibus. Sed & pręmiſſas ſuppletiones faciat de plano, non placitan
do, vel allegando: non ſtando, ſed ſedendo, ne duplici officio fun
gi uideatur, C. de poſtulan. quiſquis. & de offic. aſſeſ. leg. fin. & ex
tra de inſti. cap. fi. 89 diſt. ſingula dicendo ſic, videtur talis teſtis
ſuper hoc multa dicere: item talis lex videtur facere pro te: nec
dicat, hæc lex decidit quæſtionem, niſi ſententiaret: quia tunc po
teſt inducere leges omiſſas quæſtionem decidentes. poteſt enim
iudicare omiſſis allegationibus, vt ff. de his, quæ in teſtam. delen.
proximè. in fi quæ licet non fuerit allegata, ratio tamen legis in-
telligitur eſſe inducta, arg. 3. q. 7. iudicet. ibi, ſed iuxta leges & iura
8 pronunciet. ¶ † Sed quis iudex poteſt ſupplere de iure? Reſp. nō
ſolum ordinarius, ſed etiam delegatus, licet quidam cōtra in dele-
gato, per legem ff. de re iu. ait prætor. in prin. & C. ad l. Corn. de
fal. l. vbi. ibi, nec vlla interlocutione diiudicet, q̄ ſentiat, &c. Sed
certe fateor, ꝙ nulla interlocutione debet oſtendere, quid ſuper
principali ſentit: ſed per diffinitiuam ſic, vt ibi dicit. Tamen non
propter hoc neget, quin ſupplere poſſit, ſi quid extrinſecus con-
tingat. Sed nec prædicta l. ait prætor. obſtat: quia loquitur de arbi
9 tro, qui habet notionem, non iuriſdictionem. ¶ † Delegatus autē
habet utramque, extra, de officio dele. ſuper quæſtionum §. por-
ro. & ff. de verb ſign. notionem. Sed nūquid arbiter ſupplere po
teſt? Quidam dicunt, ꝙ non, eiſdem rationibus, quas dixi in dele-
gato. Sed dic contra: quia partes iudicis ſuſtinet, ff. de arbit. Pom
ponius. §. recepiſſe. & arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum,
10 ff eo. l. 1. C. de iudi. rem non nouam. ¶ † Sed quando poteſt iudex
ſupplere? Reſpon. ante litem conteſtatam, & poſt: argu. ff. de in-
terrogat. actio. vbicunque. & 30 quæſtio. 5. iudicantem. extra de
fide inſtru. inter dilectos. prope fi. & ſupra eo. §. Arg. tamen con
tra ff. de ædil. edict. ædiles. §. item ſciendum. Sed licet quæ poſt
litem conteſtatam accidunt, valde ſpectent ad officium eius, (vt
ibi dicitur) nihilominus tamen & ea, quæ ante accidūt, ad ipſum
ſpectant, ut ſupra de off iud §. deſeruit. ver. ut autem. & ſeq. Sed
nunquid de fructibus iudicabit? Reſpon. ſic. vt ff. de rei uen. & ex
11 diuerſo. §. primo. ¶ † Quid ſi de fructib. & expenſis fuit omiſſum
nunquid poterit iudex ſupplere? Reſp. ſic eadem die, ff. de re iud.
Paulus. ff. de ædil. edict. l. illud. § fi. s̃. de expen. §. nunc de expenſis.
in prin. Imo videtur, quod etiam poſt multos dies, argum. extra
de dote poſt diuor. reſti. de prudentia. ſed illud fit auctoritate ſe-
cundi

ADDITIONES.

a Ordinario. ¶ Vt ibi no. in vlt. glo.
b Geminiano. ¶ Vbi no. hoc Accurſ. & C. vt quæ aduo. deſ. l. una.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a cundi mandati. Roſ. diſtinguit.[a] nam de fructibus poſt litem cō-
teſtatam perceptis, qui non veniūt nec iure actionis, nec iudicis
officio, quod interuenit loco principalis actionis, ſed veniunt of
b ficio iudicis mercenario, vel executoris, vt ff. de vſuris. l. euictis.
tunc eodem die ſupplere poteſt, vt in prædi. l. Paulus reſpōdit.[b]
niſi dixerit in ſentētia, de fructibus diſtuli iudicare, quia mihi de
illis ad plenum non liquebat. tunc enim Poteſtas iudicabit, vt C.
de fruct. & lit. expen. l. 2. Si vero ſunt fructus, qui petuntur iure
actionis, vel officio iudicis, quod loco principalis actionis inten
ditur, tunc etiam de illis poteſt poſt ſententiam iudicare, ar. C. de
iudic. l. 1. Quid ſi nolit ſupplere? Reſpond. ſi dolo faciat, ne ſup-
pleat, punietur in veram litis æſtimationem: ſi per imprudentiā,
inquantum viſum fuerit iudicanti. ff. de iud. ſi filius. ff. de var. &
c extr. cogn. l. fin. extr. de re iu. cum æterni.[c] ¶ † Quid ſi actio ſit cri
12 minalis? Reſpondeo, & tunc ſupplebit in expenſis omiſſis: alio-
quin de proprio reſarciet eas. C. de iudicijs. properandum. §. ſiue
autem quod intellige de factis poſt litem conteſtatam, etiam nō
petitis, ut in prædicta l. ædiles. §. item ſciendum. In factis autem
ante litem conteſtatam non, niſi petitæ fuerint, ff. eodem titulo.
de ædil. edict. item ſi ſerui. §. quas impenſas, ſecundum Alberic.
Papien. Vtrum arbiter pronunciabit ſuper fructibus? nota ſupra
13 de arbit. §. finali. verſiculo, ſed cum. ſupra. ¶ † Licet autem dixe-
rim, de facto iudicem ſupplere poſſe, iuxta præmiſſa, non tamen
ſic ſupplebit, vt ſecundum conſcientiam iudicet, ſiue cauſa ſit ci
uilis, ſiue criminalis, ſed ſecundum allegata & probata tantum,
vt tertia quæſtione, ſeptima. iudicet. ſecunda, quæſtione, prima.
§. quando autem. & hoc eſt, quod ſupra dixi, quod poteſt ſup-
plere de facto ſibi, ut iudici, noto: de hoc extra, de officio delega
d ti. paſtoralis. § quia uero.[d] ¶ † Sed nūquid iudex tenetur ſupple-
14 re ex officio ſuo, prout dicit prædicta l. C. vt quæ deſunt aduo-
catis. Et certe uidetur, quod non tenetur, niſi uelit: quia nō quic-
quid iudici pmittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur, ff. de iudicijs. nō qc-
qui l. C. quomodo & quando iudex, lege prima: extra de offic.
indic. delegat. conſuluit. Dicunt quidam contra, ut C. vt quæ de-
ſunt aduoc. par. iudex ſupple. in rub. quia hæc dictio Vt, in rub.
poſita, importat neceſſitatē, vt ff. in ius voc. ut eant. & C. ut cau
ſæ poſt pu. adſit tu. & C. lib. 10. ut dig. ord. ſeruetur, & C. ut intra
certum tempus, & in auth. ut prepo. no. imp. doc. & ut oēs obed.
ind. prouin. & ut litig. iur. & extra ut ecc. benefi. & extra ut lite
non conteſt. & probatur ff. de lib. leg. liberto. §. Lucius. ff. de fi-
deicom. lib. cum in teſtamento. ff. de leg. 3. ſi ita legatum. extra de
vſu pallii. ca. 1. nam & alias à rubricis argumentatur. ut C. ne fi-
deiuſ. do. dentur, per totum, ff. ſi cer. pet. l. ſi. extra de teſti. ad hęc
e quia.[e] ¶ † Et no. quod rubricæ legum authenticæ ſunt, & allega-
15 ri poſſunt, & ius ponunt, ut patet in præ. l. j. ſi cer. pe. & C. de no-
uo Cod. facien. §. quibus ſpecialiter. ibi, congruis ſubdere titu. &
de pœn. diſt. 1. hæc autem. ibi, de hoc quæ eſt ff. quod quiſque
iur. l. j. §. hoc autem. & in præd. concor. Idem dico de rubricis De
cretalium, ut patet in præd. decre. ad hæc. & extra ut eccle. bene.
c. j. prope fin. ubi idem ponitur, quod & in rubri. & in proœmio
conſtitutionum nouarum, ibi, ſub ſuis tit. &c. Secus autem eſt in
rubrica Decretorum: tum quia alius fuit cōditor Decretorum,
f & alius earum:[f] tum quia illæ quandoque falſæ reperiuntur. ut
g patet 3. quæſt. xj. chartæ.[g] 16. q. 3. placuit. 2. & aliæ quædam: de
h hoc dicam in proœmio conſti. Greg. X.[h] Prima tamen rub. De-
cretorum authentica eſt & generalis. Cæterum finitis allegatio-
nibus, iudex ſe habeat, ut j. tit. prox. iam dicetur.

## ADDITIONES.

a Diſtinguit. ¶ Tit. de offi. iud. quomodo petuntur fructus. in fin. tractat etiā de hoc de rei ven. ad fi. pe. col. vbi etiam quærit, ſi non condemnat eadem die, nec reſeruat, an de ſuo refundere teneatur ad exemplum expenſarum. C. de iudi. properandum. §. ſin autem. dicit, quod ſic, cum victor contra victum nullam habeat actionem, C. de fruc. & lit. expen. l. terminato.

b Reſpondit. ¶ Sup. poſtea non, niſi, &c.

c Aeterni. ¶ Libr. 6.

d Vero. ¶ In gloſſ. argumen contra Vgo. & de offic. ordin. c. 1. & in pdict. c. iudicet. Vide, quod dixi ſuper prædict. gloſſ. poſt Hoſti. & in text. ipſius. §. ſuper verbo, ſententiam. poſt Innocen. Audiui in hac materia Doctores ſacræ paginæ in ſuis diſputationibus tenere contrarium: ſiue quæratur de pronunciando, ſiue de exequendo pronunciatum a maiore, cui id exequi mandatur, & in executione ſententiæ latæ ſuper crimine: quid dicant Inn. & Hoſtien. vide, ubi ſ. & tenent, non parendum, ſtante conſcientia contraria: ſed etiam de pronunciatione in criminali, vel ciuili fienda ſecundum conſcientiam, inducebatur Iſa. cap. 11. in principio vbi videtur innui, non ſecundum viſionem oculorum, nec auditum aurium, ſed ſecundum iuſtitiam & æquitatem iudicandum. Iudex ergo, qui ſcit ueritatem cōtrariam probatis, ipſum veritatem imitabitur: & merito, quia Chriſtus de ſe dicit, Ego ſum ueritas, Ioan. 14. 8. diſtinct. de cōſuetudine. & c. ſeq. 11. q. 3. abiit. & omnis ordo iudiciorum inſtitutus eſt ad notionem veritatis, 2. Eſdræ 3. ſuper omnia veritas. Contra ueritatem ergo per acta non damnetur innocens. Exodi 33. dicitur. Inſontem & iuſtum non occides. Adhærebit ergo veritati, & non probatis in abſoluendo, uel condemnando. Item l. 3. ff. de teſti. canonizata 4. q. 3. ſæpe innuit, iudicem non debere alligare ad probationis ſpeciem notionem ſuam, ſed animi ſui ſententiam debet. Sic & arbiter pronunciat, quod ſibi uidetur, ff. de arbi. qualem. in prin. Sed hæc omnia, & ſimilia intelligantur de ſcientia iudicialiter informata. Tenendum eſt ergo, ut dicit auctor, acta ſequenda, per l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. ubi hoc tenet Guido de Suz. & idem in quæſtionibus M. ſub litera C. inducit etiam l. ſi filia. in princip. ff. fami. erciſc. Hoc etiam placuit Pil. ſua charta prima quæſtione, præmittens tamen duas opiniones prima di-ſtinguit, an conſcientia ſit pro actore, an pro reo: vt ſecundo caſu ſequi poſſit conſcientiam, primo non. Secunda fuit Mar. diſtinguentis criminalem a ciuili, ut in ſecunda ſequi poſſit conſcientiā, in prima non poſſet. Ergo conſideratur in iudice ſacerdote triplex conſcientia, ſcilicet quam haberet vt Deus per confesſionem ſibi factam, uel quam haberet ut homo ex aliquo ſenſu corporeo, uel quam habet ut iudex per probata coram ipſo. Primo toto niſu laborare debet ad veritatem ſibi altero primorum modorum notam habendam: ſecundo, ſi ad eam peruenire non poteſt, debet pro poſſe laborare, ut alleuietur remittendo ad ſuperiorem, uel delegando, uel qualitercunque licite poſſet: & hoc remedio deficiente, debet tertio informare pſcientiam ſuam per diſtinctionem: demum tanquam legitime & ſecure pronunciet: quia altera primarum duarum ſcientiarum nihil habet commune cum tertia: & uere dicerem contrarium, ſcilicet ꝙ iudex poſſet pronunciare ſecundum conſcientiam, vel ꝙ ptextu allegationis conſcientiæ poſſit abſtinere ab officio, quod incumbit, eſſe infringere totum ius poſitiuum, canonicum & ciuile, teſtante Apoſtolo ad Rom. 3. in prin. ꝙ Deus uerax eſt, ſed oīs homo mēdax. His tribus deficiētibus, qa veritatem non habere nec ſe alleuiare, nec conſcientiam informare ad id poteſt, vide remedium. Hoſt. ad quod in prin. remiſi. Fateor tamen, ꝙ his tribus deficientibus tolerabilius eſt ſic perplexo non pronunciare, & patienter pœnam pati, de ſen. exc. inquiſitioni. quam contra acta per conſcientiam iudicare: & ad primum prouidet dictum Hoſtien. ¶ ADDE, quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, eſt gl. in c. ſummopere 11. q. 3. gl. in verbo, & contra. in c. 1. de re iud. lib. 6. glo. in verbo non quæ iudici. in ca. cum olim. de ver. ſig. gl. in c. j. extra de conſtit. itē do. Ant. in c. venientes. in fi. 1. col. extra de iureiu. item ibidem do. Abb. Sic. in ver. no. iudices. Et nota ad prædicta, ꝙ cum iudex debeat iudicare ſecundum iuſtitiam, c. forus, extra de verb. ſig. & c. iudicet. 3. q. 7. hæc iuſtitia debet eſſe fundata in iure cōi, & nō in proprij capitis æquitate: ita contra in repe. rub. de arb. in 2. col. in fi.

e Quia. ¶ Hanc partem non habemus, quæ deciſa fuit de decre. præſentium. eo. tit. lib. 6. & partem illam gloſſauit Hoſti. cuius mēs erat, ꝙ Inn. cum ſuis conſtitutionibus, quas fecerat, tranſmiſit illam decre. Gregorio, mandans illam ſub tit. debito collocari.

f Earum. ¶ Forſan id intendit, ꝙ aliqui aſſerunt, ſ. paleas & rubricas illius uoluminis non per Gratianum, ſed per quendam eius diſcipulum addita fuiſſe, qui poſtea Palea vocabatur; potius videtur velle, ꝙ Decreta fuerūt ſanctorum Romanorum pontificum & Conciliorum, ſed rub. fuerunt Gratiani: quod patet: & quia dixit, alius fuit conditor, non dixit Compilator.

g Chartæ. ¶ Vbi de hoc in rub. & de pœ. diſt. 1. § hæc autem.

h Greg. 10. ¶ Hoc admittebat, nil aliud dicens. Tu dic de rubricis legum & decretalium, ꝙ ſi habent orationem perfectam per ſe, licite allegantur, ut in ſuperioribus exemplis, quod quiſque iur. & ut eccle benefic. &c. & multæ ſimiles. Alias rubrica, cuius oratio non eſt perfecta, & ſic non habet aliquid diffinite, ſed ſolum nigri materiam demonſtrare, per ſe nō allegatur: ex ea tamen diuerſimode arguitur. Primo per modum de executore & conſeruatore, no. libr. 6. de reſcri. ti. 1, qui. in gl. 2. & de offi. deleg. c. 1. in 2. gloſſ. Secundo, ut ex duabus lecturis, quarū altera ſola competit rubricæ, illa tollatur: exemplum de ele. cum monaſterium. vbi not. in glo. 2. Tertio arguitur ex ipſius ordine, ut ſcripſi de mu. pet. c. 1. ſuper 1. gloſſ.

## ADDITIONES NOVAE.

* An puniatur allegans aliqua dicta alicuius doctoris, cum non ſint, Bart. in l. fina. de ſal.
* An ſententia doctoris ſit probabilis & tenenda, Nicol. de Neapo. in l. an apud. de manu. vindi.
* Nota ꝙ qui differentiam allegat, rationem differentiæ allegare debet, l. 1. §. ſin autem. de cadu. tollendis.
* Nota ꝙ de impertinentibus fruſtra diſputatur. l. 1. C. ne uxor pro ma.
* Nota ꝙ tacitum aliquando ſumit uires ſtatim, licet expreſſum differatur, l. quæro §. Lucius. ff. de teſta. tute. ſecus ſi expreſſum eſſet penitus malum, l. item. §. fina. de ſerui. urban. præd.
* Nota ꝙ habens ius petendi tantum partem, ſi ſimpliciter petat non facta mentione de parte tenet petitio. hoc colligitur ex glo. in l. ex ſemiſſe. coniūcto tex. ff. de acquir. hær.
* Nota caſus in quibus delictum patris nocet filio, l. diuus. in glo. mag. de petitio. hæredi.
* In l. cum ſeruus. §. conſtat. de leg. 1. nota ꝙ id quod non poteſt expediri, niſi per unum, adeo eſt difficile, ꝙ cenſetur impoſſibile. glo. in l. continuus §. cum quis. de uerbo. obli. per Bar. & c. ſemel de reg. iur. lib. 6. per Dyn.
* An pater poſſit emancipare filium quo ad unum actum tantum, puta quo ad teſtamenti factionem. Bar. in l. 1. §. in filii. ad Trebel. & argu. pro & contra. & dicit cogitabis. Bar. & Bal. ꝙ non in l. ſenium. C. qui teſta facere poſſunt.
* Quid ſi non ſeruatur forma & ordo datus per ſtatutum, Bal. in l. nominatim. de libe. & poſthu. & l. non dubium. C. de leg. & Auth. generaliter. C. de epiſc. & cle. l. ſi tutor. in qui. cau. in integ. reſt. non eſt nec. & c. 1. de mili. vaſ. qui fu. cont. Dynus conſuluit ꝙ non ualeat actio non ſeruatis ordine & forma, & inſtrumentum redditur ſuſpectum: prout dicit Alberic. in materia ſtatutorum, in 1. parte, & in Rub. de fide inſtru. & Ioan. Andr. in cap. ut circa. de electio. lib. 6.
* Nota quod quando copula cadit inter duas orationes, non inducit coniūctionem uerbalem, Bar. in l. 1. §. ſin autem. C. de cadu tollen.
* An ſit licitum allegare leges correctas, Bar. in d. l. ſi.

¶ Bald. de Diſputationibus & allegationibus.

¶ ALLEGATIONES, ſeu rationes cum inducuntur ab utraque parte, pro illo iudicabitur, pro quo plures rationes bene faciunt, §. nunc

videdũ.ver.ſi aũt. ¶ Similitudo ſumiť à pari rõne, vel à maiori, nõ à minori, ſecundum Ia. de Are. ¶ Similia ſunt, quorum eſt eadem qualitas: eadẽ ſunt, quorum eſt vna ſubſtantia, ſecundum Ariſt. & Cyn. ¶ Si ſtatutum dicat, quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia, & ego dico eſſe ſimile, ſed tu negas, cui incumbat probatio. §. poſt hoc autem. verſicu. ſed ſi ego induco. G. dic, ꝙ iudex arbitrabitur. ff. de legib. l. non poſſunt. Bald. ¶ Et iſta clauſula, ꝙ procedatur de ſimilibus ad ſimilia, tacite uidetur ineſſe legibus & ſtatutis non exorbitantibus à iure communi, ff. de leg. l. ſed & poſteriores. vide ȷ̃. in ver. quod in pęnis. Bal. ¶ Quid de argumẽto a contrario ſenſu? dicit Azo ff. de teſtam. l. qui teſtamento. §. mulier. ꝙ contrarius ſenſus legis pro ipſa lege, & pro ipſo ſtatuto accipitur. Sumitur enim per ſignificationem uerborum implicantium contra ſenſum, non propter interpretationẽ extrinſecam. Cum ergo fiat per interpretattionem intrinſecam & intellectum, & non extraneam expoſitionem, habet locum in ſtatutis & reſcriptis C. de fur. l. apud antiquos, in gloſſ. Et ꝙ contrarius ſenſus dicatur ſenſus tacitus, non expreſſus, uide Dy. in conſilio, quod incipit, in ſtatuto ciuitatis Piſtorii. cum illud ar. non debeat ad legum correctionem, uel improbũ ſenſum trahi, C. de cond. inſer. l. cum patrem. & no. ȷ̃. eo. §. poſt. per G. verſi. uel non ob. De cauſa impulſiua, uel fine iſti, uide ȷ̃. eod. §. ceſſante. ¶ Non obſtat, ꝙ licet in poſſeſſorio procedatur de ſimilibus ad ſimilia, tamen continet ius commune: ut no. C. de fur. l. ſi quis ſeruo. & ibi Bart. ſed illud per interpretationem legis, non iudicis. Bald. ¶ Præſumitur fraus, ſi alienans poſtea reperiatur poſſidere pro ſuo: & præſumitur pro ſuo, ſi poſtea perceperit fructus, & nemini reſpondet de eis, ff. de ſolu. l. Titia. nam Pro ſuo, hic non eſt titulus, ſed modus poſſidendi: ſecus, ſi ut fructuarius, uel colonus quis poſſideat, C. de do. l. quiſquis. & in §. ſuperuacuum. Bal. & iſtud uerius, ubi agitur de præiudicio tertij: alias non pręſumitur ſimulatio, niſi probetur nam ſola poſſeſſio non infert de neceſſitate, C. unde leg. non hoc. Bal. ¶ De clauſula in medio poſita, habet ſe ad principium & finem in cõnexis. ¶ De dictione Vltra, de dictione Fortè, & Forſitan, & Vſque, & de clauſula Quidam alij, de dictione Donec, Amplius, & Maximè, de aduerbijs Mox, Celeriter, & Statim, de uerbo Quãprimũ, de uerbo, Sine dilatione, de clauſula, Vocatis qui fuerunt euocandi: uel de clauſula, Quantum de iure poteritis, de dictione Tunc, & Nunc, §. poſt hoc uidetur. & not. G. uide ȷ̃. de re iudic. §. comminatio ſpecialis. Bal. ¶ Ceſſante cauſa finali ſtatuti ceſſat ſtatutum, ſed non ceſſante cauſa impulſiua, uerſ. uel illud ſtatutũ fuit. G. Ratio tamen legis in dubio præſumitur finalis, ſed ratio hominis in dubio præſumitur impulſiua. & not. ff. de cond. & demon. l. cum tale. §. pe. ff. de dona. l. 2. §. fi. ff. de acquir. poſ. l. ſi is, qui animo. Bal. ¶ In pœnis delictorũ, qñ delictũ cadit æquè in muliere & uiro, maſculinũ includit fœmininum, ut no. C. unde ui, l. ſi quis in tantam. in glo ord. Et an maſculinum cõcipiat fœmininum, uer. uel ibi maſculinũ. G. & ꝙ concipitur ex interpretatione, ff. de uerb. ſig. l. j. per Dy. & Barto. Sed quando ex ſignificatione, ut quando ſubſtantiuum eſt generis communis, ut Homo, uel apponitur ſignum uniuerſale, ut Quiſquis, tunc ex natura ſigni uniuerſalis de omnibus prædicatur, tam in legibus, quam in ſtatutis, niſi mens legis ſit de uiro, & nõ de muliere: not. ff. de reg. iur. l. j. C. de indi. uidui. l. fi C. de rap. uir. l. j. C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis. C. de ſer. fug. l. quicunque. & ibi per Cyn. Bald. ¶ Quot modis ſoluantur ꝯ̃ria, & quot fiant fallaciæ in legibus, verſ. poſita quoque, cum ver. ſeq. G. ¶ An leges ſint ſeruandæ in foro canonico, §. porro. verſ. ſed nunquid in cauſa eccleſiaſtica. G. Et ibi uide: quod dicitur illũ neſcire rationes & iura, qui in materia ſacrorũ leges humanas, inducit, ſecundum Gul. in uer. ſed uunquid in cauſa eccleſiæ. in fi. ubi uideas. ¶ Quid de ſtatutis particularibus locorum? dic ut no. in c. j. de nou. ope. nunc. in nouella: & de poſtul. ex ea. & de fo. compe. c. quod clericis. ¶ An poſt ſententiam poſſint allegationes fieri, eo. §. porro. ver. ſed quid ſi emi. ¶ Quando iudex poſſit ſupplere ex mero officio pro præſente, uel abſente, & circa q̃d & in qua parte iudicii, & an debeat ſupplere ex actis, vide plene in §. ſatis clare. & an idem ſit in ordinario & delegato, an poſſit ſupplere de fructib. & an in criminali ſuppleat in expenſis: & an faciat litem ſuam, ſi non ſuppleat, & an arbiter poſſit ſupplere in omnibus, dic, q̃d ſic. G. uide ȷ̃. de ſen. pet. §. j. & 2. per Tho. & Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.

a ¶ De renuntiatione & Concluſione.[a] Rub.

## SVMMARIVM.

1 *Parte allegationibus iudicialibus renunciante, ſi altera non renuntiet, an cogetur cito proferre, vel intra quantum tempus.*
2 *Salomonis exemplum & duarum mulierum de filio litigantium.*
3 *Allegatio, uel exceptio an ſit admittenda poſt concluſionem.*
*Concluſum eſſe intelligitur, eo ipſo quòd eſt allegationibus renunciatum.*
4 *Renuntiatio, uel concluſio in cauſa principali facta, an extẽdatur ad cauſam appellationis.*
5 *Renuncians omnibus exceptionibus dilatorijs in aliquo contractu, an ſi conueniatur, poterit aliquam opponere.*
6 *Renunciatio omnium exceptionum competiturarum an ſit tenenda.*
7 *Repudiatio futuri iuris tacite facta an teneat.*
8 *Iuri publico renunciari non poteſt.*
9 *Cui iuri renunciari poſſit.*
10 *Iuris beneficia ſunt quatuor, quibus præcipue ſolet in inſtrumentis renunciari.*
11 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani inter quos locum habeat.*
12 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani an locum habeat inter debitores principales, ubi dubitatur, an ſint ſoluendo, uel non.*
13 *Fideiuſſore præſente, & reo principali abſente, an ſit danda dilatio ad reũ ducendum.*
14 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani quando ſit proponendum.*
15 *Beneficium epiſtolæ diui Adriani quando ceſſare dicatur.*
16 *Beneficium nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus, quem effectum habere dicatur.*
17 *Beneficium, nouæ conſtitutionis de duobus reis debendi, uel promittendi, quid operetur.*
18 *Fideiuſſore ſe principalem conſtituente, an debeat, aut poſſit prius quam debitor principalis conueniri.*
19 *duobus reis ad inuicem fideiubentibus, an unus poterit allegare, quòd alter primo conueniatur.*
20 *Vni ex reis ſtipulandi facta ſolutione, an, & quo caſu teneatur ipſe alteri medietatem ſolutionis dare.*
21 *Beneficium cedendarum actionum quem effectum habeat.*
22 *Renunciatio in una re facta, in alia nocere non debet.*
23 *Ceßio iurium ex interuallo poſt ſolutionem, an ualeat.*
24 *Exceptio cedendarum actionum fideiuſſori acquiſita dicitur, ubi creditor acquieuit uenditioni pignoris.*
25 *Beneficia, quibus poteſt in inſtrumentis quotidie renunciari, ſunt plura.*
26 *Beneficia, quibus poteſt, quo ad quid, renunciari, & quo ad quid non, quæ ſint.*
27 *Beneficium quanto minoris quale ſit.*
28 *Beneficium ut quis condemnetur inquantum facere poteſt, in quibus locũ habere dicatur.*
29 *Beneficio, quod dicit, ne liber homo ob æs alienum obligetur, an renunciari poßit.*
30 *Exceptio non numeratę pecunię, ſiue non traditæ, uel redhibitæ rei, intra quantum tempus competere dicatur.*
31 *Exceptio non numeratæ dotis an competat marito, qui confeſſus eſt ſub ſpe futurę numerationis ſe dotem accepiſſe.*
32 *Beneficium, ſeu priuilegium fori quod, & quale dicatur.*
33 *Exiſtentes in curia an ſemper ſubſint iuriſdictioni auditorum.*

FInitis Partium allegationibus & reſponſionibus, de quib. ſ̃. ti. prox. diximus, quęrere debet iudex ab eis, an aliquid vlterius habeant, quod in quæſtione proponant, vt 30. q. 5. iudicantem. ꝙ ſi nihil habent partes, renuncient alle
b gationibus, & in cauſa concludant:[b] quæ omnia ſunt redigenda in ſcriptis, vt extra de prob. quoniam contra. ſed & ſi habeant aliqua dicere, ſed tamen ſufficienter dictum & probatum eſt, dẽt eis iudex dicere, ꝙ renuncient allegationibus, & concludant, C. de iudi. auth. iubemus. extra de teſtib. ſignificauerunt. & cap. cum
c cauſam §. fi.[c] ¶ † Et no. ꝙ ſi parte vna renunciante allegationibus
1 altera dicat ſe habere aliquid, quod proponat, iudex coget eam intra 30. dies à die renunciationis dicere, quicquid volet: ꝙ ſi nõ dixerit, det ei alium menſem: ꝙ ſi adhuc diſtulerit, dabit tertium menſem: poſt quem non audietur, ſed ad ſententiam procedet, ut C. de iudic. auth. iubemus. in auth. Collat. 8. vt cum de ap. cog. §. ſed hoc præſenti. Et intellige tantam dilationem dari abſenti. non enim dare tenetur tantum ſpatium præſenti & petenti, ut ff. de fer. leg. fi. Vel dic, hoc ſpeciale ꝓpter allegationes, ar. ff. ex qb. cau. ma. ait prætor. § fi. & l. ſeq. Verius credo hanc dilationẽ arbitrariam, ut ſ̃. de dilat. § nũc de temporum. Cæterum ſi actor nõ plene probauerit, faciat ſibi, uel aduerſario iuramẽtum deferri: q̃
2 dic, ut ſ̃. de iuram. dela. ¶ † Auditis[d] autem allegationibus iudex,
d vt inſtructus in cauſa appareat, petitionem & cauſæ proceſſum, allegationes quoque & reſponſiones & ſingula actitata ſub com
e pẽdio reepiloget, Salomonis exemplo,[e] qui in quæſtione duarũ mulierum de filio litigantium dixit: hæc dicit, filius meus uiuit, & filius tuus mortuus eſt: econtrario dixit illa, Mentiris, imo filius tuus mortuus eſt. ſed meus viuit. cuius litis deciſio habetur extra de præſump. afferte. & hæc reepilogatio probatur extr. de re iud. abbate ſane. & de conceſ. præb. cap. quia in cunctis. lib. 6. Si quæſtio intricata ſit, uel plures angulos & anfractus habens, breuem & ueram facti continentiam, allegationes quoque & replicationes partium in ſcriptis faciat ſibi dari, ut ſuper eis plene delibera-
f re valeat ſecum, & etiam cum peritis:[f] de qua deliberatione infra

## ADDITIONES.

a ¶ Ex practicis autoribus nullus poſuit hanc Rubricã, ſaluo ꝙ Io. de Deo, de renun. allegationum, poſuit in lib. Iudicum, j. & 3. parte: & de concluſione in parte ſecunda. ¶ Pil. auttem, & Tanc. de hac materia modicum poſuerunt in fi rub. ſ̃. prox. Et puto, ꝙ idem feciſſet auctor, ſi ſub hoc titulo nõ concepiſſet materiam extra ordinem iudiciorum inſerere, quo ad multos caſus, utilem ualde non enim exiſtimauit conueniẽs, illos ponere in tractatu libellorum ſub tit. de renun. illos autẽ ponere inchoat ȷ̃. uer. & quia hic. & nos ibi aliquos tales addemus.
b Concludant. ¶ Secundum T. & hic continuatur. ver. 2. ȷ̃.
c §. fi. ¶ Tenet Pil. de allegationibus, in fi. quod bene tenet ſententia licet allegationibus non fuerit renunciatum: & facit ad no. in clem. de ver. ſig. ſæpe. ad finem.
d Auditis. ¶ Reaſſumit verba Tancredi.
e Salomonis exemplo. ¶ 3. Regum 3. c.
f Cum peritis. ¶ Secundum Tan. & hic finit tit. eius præcedens.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN